



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

Incitatio ad mundi contemptum, ex consideratione promissorum Dei. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

318 D. DIONYS. CARTH.

dane, inaniterq; viuendo, Tu vero in
naturalibus optimè es dispositus ad
vniuersas virtutes, idcirco non parum
dolendum existimo, quod te ad vitam
virtuosam dare retardas.

*Incitatio ad mundi contemptum, ex
consideratione promissorum Dei.*

Articulus XIII.

2. Cor. 4.

D quod in præsenti est mo-
mentaneum & leue tribula-
tionis nostræ, supra modum
in sublimitate æternum glo-
riæ pondus operatur in nobis. non
contemplantibus nobis ea quæ viden-
tur, sed quæ non videntur. Quæ enim
videntur temporalia sunt, quæ autem
non videntur æterna sunt. Ex his beati
Pauli verbis, mox innotescit quod tri-
bulatio electorum in vita præsenti,
quantumcunque diurna, grauis a-
cerbaque fuerit, tamen futuræ retrí-
butionis, cælestiæ gloriæ respectu mo-
mentanea fertur & leuis. Incompre-
hensibilis namq; atq; ppetua est mer-
ces futura, Porro perfectus potissimus
que Dei amator est, qui non mercedis
intuitu, non propriæ utilitatis affectu,

no

H.
ero in
us ad
aum
itam

, ex
Dei.

mo-
bu-
odum
nglo-
non
iden-
enim
utem
beati
dtri-
fenti,
uis a-
retri-
u mo-
pre-
mer-
mus-
cedis-
ctru-
non

DE ARCTA VIA SALV. 319

non respectu ad seipsum reflexo Deū diligit, veneratur & colit, sed pure propter ipsam Dei incomparabilem beatitudinem, charitatem, & dignitatem, agit ad eis honorem cum omni diligentia, oē quod potest. Verū si hanc perfectiō nem nondū sumus assēquunti, si tantam deificae dilectionis sinceritatem necdum inuenimur adepti: saltē æternā & ineffabilis mercedis nobis diuinitus re promissæ intuitu agamus viriliter, quicquid Deo placentius, quicquid perfectius magisque meritorum esse cognoscimus. contemnendo hunc mundum, & omnem eius decorem, delectationem, pompam, prosperitatē & vanitatem, aggrediendoq; insuper viam perfectionis, obseruantiam consiliorum, vitam religiosam. Deniq; quum Deus æternus sit liberalissima bonitas, ardentissima charitas, munificentissimus remunerator, ergo rationalis creatura quo plura pro Deo relinquit, seipſā purius abnegat, se ad dona Dei magis disponit, se ipsam Deo perfectius, integrius ac pleniū offert: eo Deus gloriōsius & plus seipsum illi copiosius rependit, gratiosius infundit, familiariꝝ ingerit, subli-

o 4

miusq;

320 D. DIONYS. CARH.

in iusq; glorificat, multiplicando in ei dona gratiæ in præsenti, & dona glo-

riæ in fututo. Hinc siquidem scriptura

Job 3:4,

testatur diuina. Si dñs exerit homo ad

Deum cor suum, spiritum illius, & fla-

iū ad se trahet. Hinc Deus misericor-

sanctus & verax contemperioribus huic

mundi, non solum spopodit beatitudi-

atq; præcipuam glorificationem in pa-

tria, sed copiosam quoq; & liberalissi-

mam remunerationem in via, præsen-

tiq; vita. Vnde saluator in Euangelio

ait, Omnis, inquit, qui reliquerit pa-

trum vel matrem, aut fratres, aura-

grum, propter nomen meum, centu-

plum accipiet, & vitam æternam pos-

sidebit. Quid est centuplum accipiet?

Hoc est pro bonis exterioribus, carna-

libus, temporalibus, quæ reliquit, spiri-

tualia bona, gratiæ dona, sancti spiri-

tus munera, temporalibus rebus plus

centuplo præstantiora recipiet in hac

vita: post quam æternam possessurus

est vitam, & gloriam consummatam.

Si ergo mihi frater adamande, spiritua-

liter atque veraciter cupis ditari, subli-

mari ac nobilitari, contemne pro Dei

amore et transitoria & caduca, & quic-

quid mundani homines, spiritum hu-

ius

Mattib. 19.

H.
DE ARCTA VIA SALV. 327

ius mundi , non spiritum Christi ha-
bentes , & ob id ad ipsum non perti-
nentes , magnum aut appetibile op-
natur , tu al pernare ut lutum vilissi-
mum imo ut dæmonum laqueum .
Si hoc egeris , spiritus sancti templum
eris , tota superbenedicta trinitas ani-
mam tuam cum omnibus suis diuitijs
inhabitabit . Hoc enim filius Dei pro-
misit dicendo , Si quis diligit me , ser- *Ioan. 14.*
mones meos seruabit , & pater meus
diliget eum , & ad eum veniemus , &
mansionem apud eum faciemus Felix
anima in qua pater , & filius , & spiri-
tus sanctus morantur . Adhuc audi-
quid C H R I S T V S contemptori-
bus mundi promisit : Vos , inquit , *Matth. 19.*
qui reliquistis omnia , & sequuti estis
me , quem sed erit filius hominis in se-
de maiestatis suæ , sedebitis & vos su-
per sedes duodecim , iudicantes duo-
decim tribus Israel . Hoc est quod
P A V L V S differit . Nescitis , in- *1. Cor. 6.*
quiens , quia sancti de hoc mundo iu-
dicabunt ? Eccè quam ineffabilis dig-
nitas ! Eccè quomodo honorantur à
Deo , qui pro eius honore omnia dese-
runt . Idcirco ait Gregorius . Quisquis
diuini amoris stimulo excitatus hic
possessa

O 3

322 D. DIONYS. CARTH.

possessa reliquerit, illie proculdubio
culmen iudicariæ potestatis obtine-
bit, ut simul iudex cum iudice veniat,
qui consideratione iudicij sese spon-
tanea paupertate castigat. Noli ergo

pro his breuissimo tempore possiden-
dis, tanta bona deifica æternaliter per-

Apocal. 3. mansura amittere, Ecce Christus lo-

quitur. Ego sto ad ostium, & pulso. Si

igitur ianuam cordis tui aperueris ei,

acquiescendo cius consilijs, intrabit in

te, mentem tuam ingrediens, cœna-

bitque tecum, & tu cum eo : ita quod

diuinis consolationibus te fouebit,

spiritualibus delitijs adimplebit, &

gustabis quam dulcis est D E V S,

quam magna est multitudo dulcedi-

niseius. quod sœculi amatores gusta-

re nequeunt. Quippe qui nec spiri-

tum sanctum recipere digni sunt.

Prout ait saluator apostolis. Ego roga-

bo parrem, & alium paracletum (scilicet

spiritum sanctum) dabit vobis,

quem mundus non potest accipere.

Hinc dicit Bernardus: Præoccupatum

sœcularibus desiderio delectatio san-

cta declinat. nec miseri poterunt va-

na veris, æterna caducis, spiritualia

temporalibus, summa uinis: ut pariter fa-

pias

Psalm. 33.

I. Pet. 2.

Ioan. 14.

Bernar.

H.
ubio
tine-
niat,
pon-
ergo
den-
per-
s lo-
o. Si
sei,
it in
ena-
uod
bit,
&
S,
edi-
fa-
iri-
nt.
ga-
li-
is,
re.
m-
n-
a-
ia
i-
9.
DE ARCTA VIA SALV. 329

pias quæ sursum sunt, & quæ sunt su *Coloss.*
per terram. Et Augustin. Si habet ani *Augustinus.*
mus in quo oblectetur extrinsecus, si-
ne spiritualibus delitijs manet intrin- *Hieron.*
secus. Hoc est reuera quod adeo insig-
ni verbo gloriosus ait Hieronymus;
Si carni, inquiens, quod libet abscindi-
mus, mox in spiritu quod delectat in
uenimus. Si exterior euagatio claudi-
tur, interior ad Deum accessus aperi-
tur. Nam quo anima minus extra se
spargitur, eo per spiritualem profectū
amplius ad superna erigitur. Ut itaq;
spiritualium supernaturaliumque bo-
norum dignissimam illam nobilita-
tem valeas, spiritu sancto irradiante,
salubriter contemplari, temporalia
& terrena hæc paruipende, calca, re-
linque. Quia. ut Beda fatetur. Qui pre-
sentibus & caducis delectantur: diui-
na atque cœlestia nequeunt contem-
plari. Qui vero ea tanquam umbram
& puluerem duxerit: velocius ad spi-
ritualia poterit eleuari. Et nunc o di-
lekte, quoniam diuitias, honorem, &
gloriam diligis: non tibi dicere audeo,
ut diuitias, honorem, gloriamque nul-
latenus optes: sed ne fallaces diuitias
mundanum honorem, gloriamque
o 6 huma-

324 D. DIONYS. CARTH.

humanam desideres: sed spūales vir-
tutū diuitias cupias, diuinum honorē
& gloriamque quoque cœlestem toto
cordis affectu requiras. Et verè ditissi-
mus eris præ omnibus mundū aman-

Hieron. tibus. Ideo dicit Hieronymus: Sole re-
verè diuitiae ræ diuitiae sunt, quæ nos virtutibus di-
quæ sint.

uites reddunt, Si ergo diues esse cupi-
veras virtutum diuitias ama. Si culmine
honoris quæris, ad cœleste regnum se-
stina. Si gloriam dignitatis desideras,
in supernam angelorum curiam ascen-
bi labora. Hoc est sane quod dicit Gre-

gorius: Contemne diuitias, & locu-
ples eris, contemne honores, & eris
gloriosus, despice temporalem quietem,
& habebis æternam. Facile con-
temnit omnia propter Deum, qui ad
sui ipsius peruenit contemptum. Qui
hæc fecerit, dicere poterit cum diuino
Apostolo. Omnia detrimentum feci,
ut Christum lucrifaciam,

Prouocatio ad mundi contemptum,
ex eo quod ipse met Christus verus
homo & Deus perfectus, in
propria persona hoc
ipsum consul-
uit.

Philip. 3.

Arti-